

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Medicina b
cum fontibus proximo et primo

Contraria diuine conditioni precepta medicine sunt;
a ieiunio reuocant, lugubrare non sinunt,
ab omni intentione meditationis abducunt.
Itaque qui se medicis dederit, seipsum sibi abnegat.

Ambrosius super Psalmum CXXX.

Item Ambrosius in Psalmo CXXX...

Contraria diuinae condicionis precepta medicinae sunt.
A ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt,
ab omni intentione meditationis abducunt.
Itaque qui se medicis dederit, se ipsum sibi abnegat.

Gratianus, *Decretum*, 3.5.21 (*Corpus iuris canonici* 1,
A. Friedberg ed., col.1417).

contraria autem studiosis diuinae cognitionis praecepta medicinae sunt;
a ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt,
ab omni intentione meditationis abducunt.
itaque qui se medicis dederit, se ipsum sibi abnegat;
qui autem quaerit salutare dei, Christum sequitur,
qui dicitur salus dei, non quae corporis,
sed quae aeterna sunt quaerens, cum hoc in corpore conuersetur.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 22.23.2-3 (CSEL 62,
M. Petschenig ed., p.500, ll.15-21).